

12 Jan. 1627

Quantum contagionem istam attinet, illa quidem, ut verum fatear, non tantum non est radicitus sublata, sed quodammodo augeta videtur, siquidem domus in, fecida et ea propter clausa, tam in veteri quam noua ciuitate et suburbijis numerantur ferme triginta, et circiter Ducenti iuxta Regedrum Magistratus Ciuilibus hoc toto tempore dicuntur peste extincti. Et tamen est Regia M<sup>tes</sup> animo, ut migrare inde omnino nolit, certa spe freta id contagionis malum aueritate dyem, et ea qua adhibetur magna cura & diligentia, sopitum iri. Publice tamen nec ad Paroeciale templum diebus festis, nec in arce ad audiendam Missam ad Locum solitum egreditur, sed diebus Coniunctis in sua Capella templi paroecialis sese cum Reginali M<sup>te</sup> continet, Reliquis uero diebus in solito Reginalis M<sup>tes</sup> Palatio sacrum celebratur. Ante, gran tamen est Fulcibus diebus qui volunt, quorum numerus exiguus est, in arce ingredi, et conspectu Regia M<sup>tes</sup> frui. Comitria die praefixa celebratum iri nullum est dubium, et forte alibi quam Varsauiam. Quod si tamen haec contagio, quod absit virus suum sparserit, et si sic ea de re nihil conclusum sit, ex multis tamen coniecturis, affirmare ausim R. M<sup>tes</sup> Louicium tali interueniente casu comitria eadem, translaturam, quod ipsum sine literis uniuersalibus in tam parua loci distantia fieri posse credo. De successu uero eorum Comitiorum, antequam nobis aliquid certi de articulis ut uocant seu laudis nobilitatis condiderit, nihil quicquam statuere possumus, sed reuera dix ad mentem S. R. M<sup>tes</sup> cessura sunt. Tota nobilitas a Lissouianis maxime opere est irritata et commota, siquidem magna damna Nobilitati, et praesertim maioris Poloniae dederunt, quod ipsum sane Regia M<sup>tes</sup> res ferme imputant. Itaque si quas contributiones laudauerint, non existimo alio fine id futurum, nisi ut ista pecunia in Palatinatibus pro milite saltem ad opprimendos Lissouianos conuertantur. Negotia Prutenica utrum in istis Comitijis tractabuntur, subolsfacere non potui, licet eam in rem maxime sic intetus fuerim, credo omnino nihil hac in parte futurum. Nam proculdubio M<sup>tes</sup> D. ViceCancellarium id non lateret praesertim, absente Magni Cancellario, qui grauitate & periculose octo sine miliaribus decumbere dicitur. Noua hic nulla habemus de tractatibus cum Sueco nihil adhuc audimus, sed extra oed dubium non succedent, et ita forte S. R. M. iurique

suae M<sup>is</sup> ad regnum Sueciae expedit, ne succedant. Episcopatum Posnaniensē  
nec D<sup>ni</sup> Secretarius major, nec D<sup>ni</sup> Referendarius Regni, licet prouer-  
tus ipsius Quinquaginta Millia florenorū quotannis excedunt, ambiunt,  
quin imō etiam si ipsis ultro offerretur, se non recepturos sanctē pollicentur.  
Credetur D. Secretarius id propter Vicecancellariatū facere, verum  
in dubio, utrum eidem D. Abbas Tenecē palam Saxe praecepturus non  
sit. Plura quae scribam non occurrunt, quod itaq; superest D. V. bene et  
dix valere cupio, eidemq; officia mea paratissima deferō. Varsavia  
January 12. A<sup>o</sup>. 1624.

D<sup>ni</sup> Welfoso,  
Jan 12. Januar.  
a<sup>o</sup> 1624.